



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

III. Peccata Mortalia Principum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

## C A P V T I I I.

*Peccata mortalia Principum supremorum.*

14. **I**n speciale quidem pœnitentium leuamen, uniuersa pœnitentia Christianæ Reipublicæ lethalia crimina, que ammunerum, seu dignitatum, seu officiorum administrationem aduent perpetrari, recensere operæ pretium duxi. Quapropter singulari periculum agens ostendas precor quoniammodo se deus Princeps supremus de mortalibus criminibus accusare? Nam Præsulis summi delicta memorabimus? Profectò suprema Ecclesiæ potestas haud est fragilitatis humanæ incuranda, quare nulla Papæ exprimam crimina; Sanctissimus enim Ecclesiæ vertex sanctissimis operibus operam dabit, si autem aliquid humanitati indulserit, sapientissimus ille munera tanti onera minimè ignorabit.

15. Regum igitur, ac supremorum Principum accusacionem pretende. Ita propria bona dissipavi, ut aliena aggressus fuerim usurpare, subditos nimium molestis tributis agrauando, debita non soluendo: ingentem vim auri & argenti subditorum iniuria accumulaui: ob culpabilem præuisam incuriam imminentem famem retardare non curaui: cum nimia desidia Regni securitati prouidi: leges poenales non in delictorum repressionem, sed in subditorum expilationem indixi: mihi addicendo subditorum diuitias, tributa sine publica necessitate meis superfluis usibus deseruitura stabiliri: de novo subditos seruituti addixi, ut agros excolant sine mercede: morti deputaui, aut graui suppicio ciuem inauditum, grauissima haud intercedente causa: Regni, aut dominij propagandi causa bella iniuste commouii: ob meam voluntariam incuriam vitia ciues commaculant, iustitiae causa sine patrocinio: leges Ecclesiasticae immunitati repugnantes prescripti: Officia muniaque pro tam sublimi pretio commutauii, ut ministri fuerint expilandis ciuibus operam nauauit: aduertenter iudices indoctos creaui: vel cognita post modum eorum insufficientia, non illico amoui: prius quam fiat inquisitio de domino bonorum naufragij, mihi ea accommodauii: beneficiorum patronus praesentauii indignos. Toties.

Cap.